

S. P. Vir Rev. doctiss. mihiq. amiciss. E.
 Colim te sollicitum esse de ultimis huius. Reddite mihi sunt
 illic bona fide. Quod tardius tibi videor respondere, id oc-
 cupationibus tribus. Præadamitica fabula, quam te non
 autumo ignorare, per aliquot septimanas, ut de ordina-
 riæ functionis negotijs nihil dicam, me occupavit. Placuit ven-
 nro Antipisti ea de re in Carolina nra sollemnitate orationem
 in templo aquatico haberi. Et nescio quomodo me voluerit
 illius actorem esse fabule; quæ ipsa lubentia lubentius voluissim
 sane provinciam alius, me longo valentioris & doctoris, imponi
 humeris. Atq. hinc fabri Præadamitarum plasma novum es in-
 auditum evolendum fuit, & multa alia legenda, anteq. ad
 ipsam orationis concinnationem accederem. Celeberrimus Mare-
 sius solidum scriptum opposuit novo phantasmati, quod patri-
 cii nimis arridet. Ego intra orationis cancellor nasere co-
 actus omnia breviter complectens sum, ita tamen ut officij ora-
 toris me non putem esse oblitum. Adolescentulus ille, de q. tibi
 nuper negotia facebat, additus nunc est Bibliopægoni opifi-
 cio. Receptus est à Schuffelbergeni nri privigno, Hardmejero,
 qui sine didactro per quinquenniam hanc artem ipsum docebit.
 Quod hic interim, qua est animi erga me propensior, de com-
 modo curis Tutoris magistro ipsi prospicere coepisti, habeo gra-
 tiam. Equidem ita hoc officium interpretor, ac si id ipsum,
 quod appetebamus, adepti essemus. Si dabit occasio, præstabim
 vicissim officia grata. Compositio controversiarum Helveti-
 carum lento medi gradu. Arbitris de libris materia per communes
 Provincias refecanda non convenit: alijs religionis pacem & re-
 gimen vetus retinendum censentibus, alijs moderationem & refor-
 mationem urgentibus. Sed nec dum cum legato Gallico de fe-
 deris inter Regē & Reformatos nostris convenit. Rogandus
 est Deus, ut omnia ad nominis sui gloriam, ad orthodoxa do-
 ctina, & publice tranquillitatis ac pacis conservationem
 vergere clementer faciat. Vale in DNEO JESU, & meis verbis
 vener. M. Decano plurimam salutem dedito. Tig. 31. Jan.
 1657.

Joseph. Wirkius.

1657. 18. Febr.
 Joseph.
 Quinto Junoni,
 and Langenshus Professoris in B.
 Dices. Anquis by p. 18. 18. 18.

X. 52.

